

appellatio suspensiva, Scaccia de appellat. quest. 17. limit. 17. num. 5.

77 Limitatur secundò dicta conclusio, ut non procedat in sententia lata inter duas Ecclesias contententes de jure decimandi, ut declarat Joan. Andr. & Butrius in d. cap. tua nobis, uterque num. 7. Scaccia de appell. q. 17. limit. 8. num. 3.

Ultimò limitatur, ut non procedat quando collector decimarum excedit modum, quia tunc ab excessu potest appellari, Dec. in c. novit. 34. lim. 10. n. 28. Scaccia ubi proximè n. 4. quia nullus est casus de mundo, in quo propter excessum non admittatur appellatio suspensiva: latè dicemus infra 4. p. c. 3. per tot.

78 Cujus etiam farina est, quod in ultimo loco hujus cap. apposimus, quòd sit dicendum in sententia lata pro solutione stipendii, & salarii famulorum, an ab ea appellatio à condemnato proposita, violentia fiat, nisi deferatur. In quo non vim esse, affirmo, cum hujusmodi appellatio non suspendat, quia res dilationem non recipit. Probat Levit. c. 19. Non morabitur (inquit) opus mercenarii tui apud te usque ad mane: & Deuter. 24. c. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, sive advena; qui tecum moratur in terra, & intra tuas portas est, sed eadem die reddes ei pecuniam laboris sui ante Solis occasum quia pauper est & ex eo sustentat animam suam; ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi ad peccatum. Et probatur Tobie 4. c. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitues, & merces mercenarii tui abud te omnino non remaneat.

79 Ac propterea merito dicunt Doctores, quòd in causa salariorum proceditur summarie, & sententia in ea late qua condemnatur quis ad solvendum salarium famulis; esse executionem faciendam, nec appellatio ab illa esse à iudice deferendum, ita elegantissimè probat Rebuff. in tractatu de sententiis provision. art. 3. gl. 7. & idem in tractatu de salariis famulorum gloss. 7. sequitur Azeved. in l. fin. tit. 15. lib. 4. recopilat. n. 38. Flores de Mena in pract. quest. lib. 1. q. 8. §. 2. n. 23. & ultra eos eisdem probat Mandos. in tract. de monitoriis quest. 59. Paz in praxi 4. part. 1. cap. 1. nu. 56. sequitur Amador Rodrig. tract. de executione cap. 1. art. 3. n. 24. & seqq. & ipse promiscuè intelligit in salariis Advocatorum, Procuratorum, & Solicitorum, apud quos multa de materia salarii reperies; facit Magon. decis. Flor. decis. 12. minut. num. 11.

81 Quod tamen verum esse cenfeo non generaliter, sed quando petens mercedem & salarium esset pauper, & non haberet, unde se alat, non aliter; ita perelegantè Rotæ decis. 764. 1. part. diversorum, ubi dicit: Domini, cum præsupposito, quòd Josephus esset pauper, non in genere sed eo respectu ut non haberet, unde se aleret; dixerunt causam mercedis, de qua agitur; non fuisse appellabilem, &c. iterum sub num. 2. Unde si Josephus tempore petite mercedis erat adco pauper, ut res non reciperet dilationem; sequitur, ut à decreto facto super taxatione mercedis, non potuerit appellari, sicut nec à sententia lata à causa alimentorum debitorum officio iudicis, propter paupertatem, non potest appellari quia res dilationem non recipit l. fin. ff. de appell. recip. ita etiam dicendum est de sententia lata in causa mercedis pauperis; ut non sit appellabilis propter eandem rationem, quia res dilationem non patitur, &c. quæ vera est. Cui & huic nostræ opinionis videtur se inclinare Mena d. num. 13. ubi dicit, quòd respectu appellationis admittendæ vel non, attendatur personarum qualitas, divitiæ, & paupertas, quòd verum est, tenet etiam Ruginel. tract. de appell. cap. 3. n. 286. tenet etiam Scaccia eodem tract. c. 17. limit. 8. n. 7. & seqq.

84 tenet Marquet. de commiss. 1. p. c. 19. n. 27. fol. 216. optimè Grat. discept. for. c. 257. à n. 44. cum seqq.

Quod indistinctè procedit in salario famulorum, & mercede operarii, et si de eorum paupertate non constat, quia operarii paupertas, uti qualitas naturalis præsumitur, bene in tractatu de paupertate & ejus privilegio quest. 6. num. 1. tom. 10. fol. 64. Scaccia de appell. q. 17. limit. 8. sub num. 9. ubi inquit, quòd præsumitur in his famulis & operariis paupertas, qui ut plurimum ex fudore vultus vivunt, & necessitate coacti serviunt, & ideo in causa salarii famulorum proceditur die feriato ob honorem Dei, ex quo illud salarium succedit loco alimentorum. Scaccia ubi proximè sub num. 8. & lib. 1. in causa civil. & crim. c. 5. n. 61.

Quare signatura iustitiæ quando agitur de mercede de promissa, vel de mercede inter eum, qui est solitus locare operas suas, & eum qui est solitus conducere; non solet rescribere in commissione nisi cum clausula (sine præjudicio legitime executionis aut sine retardatione executionis) præsertim quando sententia est lata in tribunali Rever. Gubernat. urbis Marquet. de commiss. 1. part. in commiss. appellat. in causa mercedis § 19. nu. 22. & 23. fol. 216. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 8. sub nu. 9. & 10. ubi dicit, quòd si agatur de mercede non conventa, nec inter solitos locare, & conducere, signatura solet rescribere cum clausula (si quid exequendum) Marquet. ubi prox. n. 24.

Et ubi agitur de mercede non conventa, sed inter solitos locare & conducere, & signatura sentiat iudicem à quo excessisse in taxatione mercedis, solet in aliqua parte dare executionem, & in alia appellatio simpliciter deferre, aut aliter sub arbitrio sub diversis temporibus rescribere. Scaccia ubi supra n. 10. & Marquet. num. 25.

Si autem pars opponat, operarium esse divitem, & de eo constiterit, cessabit privilegium appellationis; quia imò tunc habebit locum quoad utrumque effectum, etenim sub hac qualitate necessaria paupertatis fundatur appellationis denegatio, quia cessante, debet causa remanere sub dispositione juris communis, ut ex d. Rotæ decis. tenet optimè Gratia. Marquet. & alii locis supra citatis.

Unum tamen obiter adverte, quòd in hoc articulo 90 iustis juris terminis abaruntur Doctores, præcipuè Mandos. & Flores, dum dicunt: in causa salarii & mercedis procedi summarie & executivè; siquidem nulla probatio, quantumcumque liquidissima executionem habet Andr. R. in tract. de executione c. 1. art. 2. nu. 16. Nec valet consequentia, causa est summaria, ergo executiva, quia in causa summaria proceditur juris terminis servatis, licet abbreviatis, & admittitur appellatio, cle. dispendiosam de iudicis, clem. sapè, de verb. signif. nisi aliqua specialis ratio obster. A causa contraria autem consequentia valet, est executiva, ergo summaria; non enim quòd aliqua causa sit inappellabilis, & sententia exequatur, dicuntur procedi in ea executivè, quoniam hoc etiam accidit in una sententia in iudicio ordinario, ut est videre in possessorio (ut infra suo loco 92 eo dicemus) & in causis criminalibus, & in causis super provisione beneficiorum Parochialium, quando iudex vult, juxta text. & gloss. in cle. dispendiosam, de iudicis, & aliis infinitis.

Et de materia salariorum ultra supra citatos vide 93 multa allata in propositum per March. d. c. 19. per tot. qui n. si bene advertit pro salariis Advocatorum Procuratoris & similibus, tractatur & convenitur debitor, ubi causa tractata est, ejus sortitur forum, ex l. 1. §. in honorariis, ff. de variis, & extraordinariis cognit. & ita practicatur. Bobadilla in pol. l. 2. c. 17. à n. 130. qui loqui 94 tur in iudice Ecclesiastico, ut possit laicum litigantem compellere ad salarium Advocatorum & aliorum. Mandos. in formula commiss. 21. in verbo validitate jurisdictionis Gratian. in discept. forens. c. 154. num. 24. tom. 1.

CAPUT

CAPUT III.

Appellanti à sententia, qua quis condemnatur ad solutionem pensionis super ejus beneficio oppositæ; an & quando ob denegatam delationem vis fiat.

SUMMARIUM.

- 1 Pensio reservata pro alimentis & pro vite humana sustentatione non recipit appellationem suspensivam, ubi de exemplis.
- 2 Pensionis processus sive fulminetur executivè, sive summarie tantum, appellatione suspensiva caret.
- 3 Subsidium charitativum impositum per Episcopum pro alimentis appellationem non admittit.
- 4 Salarii & mercedis executio non suspenditur per appellationem.
- 5 Pensionis ad solutionem condemnatus vigore Bullarum Pontificalium ex causa, puta resignationis, non potest impedire executionem per appellationem.
- 6 Litera Apostolica ob ejus reverentiam habent executionem paratam, que non suspenditur per appellationem.
- 7 Literarum Apostolicarum virtute proceditur executivè contra titularium, tam ob earum reverentiam, quam ob obligationem Camerale, que in eis fieri solet.
- 8 Commissio appellationis ab executione literarum pensionis rescribitur cū clausula (sine præjudicio legitime executionis) & non cū clausula quæ dicit Gigas.
- 9 Clausula (sine retardatione solutionis pensionis) tunc apponitur, quando committitur appellatio super nullitate, aut reductione pensionis, & alias.
- 10 Clausula (sine præjudicio literarum Apostolicarum) quando apponatur.
- 11 Commissio appellationis ab executione virtute camerale obligationis, qua clausula rescribitur.
- 12 Ab executione literarum Apostolicarum, instrumenti camerale, aut rei judicæ appellatæ præsupponit antecedens validum, à quo executio dependet, & negat consequens, nempe executionem, & sic nihil agit.
- 13 Clausula (sine præjudicio literarum, &c.) & similes præservant jurisdictionem iudicis à quo, nec commissio impedit ad ulteriora procedere.
- 14 Clausula (sine præjudicio literarum, &c.) stante, potest iudex à quo titularè cogere ad solutionem pensionis.
- 15 Clausula præservativa stante commissarius non potest inhibere iudici à quo.
- 16 Clausula præservativa enervat vim & effectum inhibitionis.
- 17 Inhibitio censetur expedita subintellecta illa clausula præservativa prout in commissione, à quo non aliter iudex recipit jurisdictionem.
- 18 Inhibitio censetur inesse dicta clausula conditio, quia iudex non habet jurisdictionem nisi peracta executione, qua deficiente evanescent inhibito.
- 19 Ab inhibitione, cui virtualiter inest clausula præservativa appellationi emissæ est ut legitime deferendū.
- 20 Clausula præservativa limitant & suspendunt jurisdictionem iudicis de appellatione cognituri ubi clausula præservativa (sine præjudicio, &c.) tribuit jurisdictionem conditionalem, & operatur, ut iudex non possit in causa appellationis procedere, nisi soluta prius pensione.
- 21 Clausula præservativa operatur ut non possit in causa principali procedi etiam si verè pensio sit soluta, in actis tamen de solutione non constat.
- 22 Iudex debet esse certus de sua jurisdictione.
- 23 Qualitas & natura appellationis multoties valet, & alteratur ex modo procedendi.
- 24 Exceptionem legitimam, puta surreptionis, defectus jurisdictionis, vel ortam ex ventre gratis tacite, ex-

presse, pure, aut conditionaliter, si executor nō admittat, excedet, & appellatio ut legitima suspendit. Et hoc casu Senatus Regius aditus per viam violentia deferre, & reponi, decernit, ibid.

25 Auditori Camera denegatur jurisdictio in prima instantia, quando excedit metas, & formam rescripti, & recta executionis.

26 Pensionis executioni locus non erit, nec clausula (sine retardatione) vel (sine præjudicio legitima) effectum habet, quando ex ventre Bullarum constat de vitio nullitatis, pensionis, aut alterius legitime exceptionis.

27 Clausula præservativa (sine præjudicio legitime executionis, &c.) non procedit nisi pro summa contenta in sententia.

28 Executio orta ex ventre Bulla tunc impedit executionem illius, quando gratia est conditionalis, non alias.

29 Clausula (sine retardatione, &c.) effectus non impeditur, quando pensionarius est in quasi possessione exigendi pensionis, licet exceptio oriatur ex ventre Bulla.

30 Quod fallit si ipsa possessio sit turbida & non clara, pensioque fuerit exacta per compulsionem & metu censurarum, quia tunc neminem constituit in possessione.

31 Auditor Camere postquam sibi litera pensionis sint presentata, procedit vel per viam monitorii usque ad mandatum executivum, vel per viam processus fulminando censuras, committendo publicationem omnibus & singulis, &c.

32 Subexecutor virtute clausule (ceterum processibus fulminatis, &c.) debet esse canonicus Cathedralis, vel alias in dignitate constitutus, qui est mixtus summariam & executivam habens cause cognitionem.

33 Subexecutor literarum pensionis quemadmodum procedat ad earum executionem, & quo utatur stylo.

34 Si agitur contra possessore beneficii, qui pensioni consentit statim, servatis tamen terminis de stylo Roma servari solitis, aut accusata contumacia, datur in eam sententia declaratoria facta expensarum condensatione.

35 Pensionis reservatio si est conditionalis, aut possessor non est qui illi consensit, debet pensionarius coram exectore de quasi possessione exigendi pensionem docere, alias debet narrativam & conditione verificare.

36 Pensioni non consentiens successor, ut queat declarari censuras incurrisse, debet Bulla ipsa intimari, ad faciendam autem executionem in ejus bonis sufficit monitorium auditoris inserto tenere gratia.

37 Citatus ad totam causam si est contumax, alia non requiritur citatio.

38 Citanda sunt partes ad omnem causam inclusive, & citationes que postmodum fiunt in Curia per audientiam contradiclarum, procedunt potius ex urbanitate, quam necessitate.

39 Citatus si compareat, & aliquam legitimam exceptionem opponat contra executionem pensionis (de quibus hic) debet iudex brevem terminum assignare, cum incontinenti exceptio probanda sit.

40 Exceptiones oppositæ si requirant altiorum indaginem, reservantur iudicio ordinario.

41 Exceptio litis pendente super nullitate aut reformatione pensionis, non impedit interim agere via executiva ad ipsam pensionis exactationem.

Quod procedit sive quando lis pendet vigore commissionis Pörficis cū clausula ordinaria (sine retardatione solutionis pensionis, &c.) & quibus rationibus hæc clausula in commissionibus apponatur, ibid. & n. 50.

Possessori novo beneficii competunt remedia possessoria pro rebus ad illud spectantibus, quas non possedit, dummodo prædecessor fuerit in possessione, ibid.

42 Pensione translata vigore literarum si titularis alleget, non rectè factam fuisse translationem, commissio conceditur cum clausula (sine retardatione) licet translatus nunquam fuerit in quasi possessione exigendi, sed transferens sit.

- 43 Titulari etiam habente unam sententiam pro se in commissione super translatione pensionis, rescribitur cum clausula (sine retardatione, &c.)
- 44 Lis super reformatione aut nullitate pensionis etiam pendat coram ordinario absque commissione, vel cum ea etiam absque dicta clausula preservativa, adhuc talis exceptio non impedit executionem pensionis.
- 45 Etiam ordinarius hoc casu executores inhihisset, quia cum sit inferior non potest.
- 46 Clausula (sine retardatione &c.) opponi solet in commissione super causa reductionis vel nullitatis pensionis ob Pontificis reverentiam, & calumnias debitorum.
- 47 Clausula preservativa limitat, & suspendit jurisdictionem iudicis commissarii.
- 48 Clausula preservativa importat conditionem, ita ut iudex non possit procedere, nisi prius soluta pensione.
- 49 Et etiam inhibitione, cujus potentiam enervat clausula, & subintelligitur conditio commissionis.
- 50 Clausula preservativa si deficit in commissione super nullitate aut reformatione pensionis, exceptio litis pendente impedit executionem interim, vide n. 41.
- 51 Exceptio nullitatis opposita executioni pensionis debet apparere notorie & evidenter, alias non impedit executionem.
- 52 Nullitas que versatur circa extrinseca gratia pensionis (prout in exemplis que apponantur) non impedit executionem, sed reservatur iudicio ordinario.
- 53 Exceptio que apponitur executioni pensionis debet constare incontinenti.
- 54 Nullitas que versatur circa intrinseca gratia, nempe circa surreptionem, vel obreptionem & similia, legitima exceptio est ad impediendam executionem pensionis.
- 55 Exceptio surreptionis, & obreptionis efficit executionem incompetentem.
- 56 Litera reservationis de stylo Curie regulantur juxta naturam literarum beneficalium.
- 57 Surreptio annullat gratiam ipso jure, & per consequens datione executionis, cui nulla attribuitur jurisdictione.
- 58 Nicolai Garcia opinio reprobat.
- 59 Pensionis reservatio super aliquo beneficio non facta relatione alia, esse jam gravatum, est nulla, etiam si motu proprio fuerit reservata.
- 60 Exceptio, quod in secunda reservatione pensionis non fuit facta mentio de alia pensione ejusdem beneficii, an requirat altiorem indaginem.
- 61 Pensionem si tertius habens super beneficio petat committi causam nullitatis prima pensionis, exigitur cautio quavis allegetur paupertas prioris pensionarii.
- 62 Cautio juxta l. 1. a quo ff. de rei vend. procedit etiam in beneficalibus.
- 63 Exceptio reductionis pensionis quando provenit ex ventre Bulla conditionaliter, nempe (dummodo tantam partem remaneat, &c.) impedit executionem, etiam si incontinenti non probetur.
- 64 Exceptio que oritur ex ventre instrumenti Cameralias, etiam si requirat alteram indaginem, admittitur ad impediendam ejus executionem.
- 65 Pensionis reservatio cum clausula (dummodo remaneant centum pro rectore) & similibus, est conditionalis, de qua prius debet constare.
- 66 Quod procedit sive ordinarie, sive executive agatur, ibidem.
- 67 Pensionis reservatio conditiones aut aliquas qualitates habens facit ut auditor teneatur assumere partes iudicis.  
Et an ordinario sit talis causa in prima instantia remittenda, ibid.
- 68 Pensione Rector gravatus si per decennium non solverit opposita exceptio, & causas non solvendi, & si apparentes allegando, (remissa causa ordinario) non potest executor contra illum executive procedere.
- 69 Pensionis non soluta per longum tempus opposita ex-

- ceptione commissio appellacionis non datur cum clausula (sine retardatione solutionis pensionis) cum pro opponent. ad sit presumptio.
- 70 Pensionem appositam super duobus beneficiis ab uno possessis, que postmodum ad duos possessores devenissent, isti non teneantur in solidum sed pro rata solvere.
- 71 Pensio apposita super duobus beneficiis deveniens postea ad duos possessores, non dicitur liquida, sed prius debet executor cognoscere, de rata portionis que tangat unumquodque beneficium.  
Quo casu non rescribitur commissio appellacionis cum clausula sine prejudicio legitime executionis, ibid.
- 72 Exceptio illa consentientem pensionis caruisse bono jure & beneficii possessione, non impedit executionem contra titulum.
- 73 Pensionarius an teneatur verificare bonum in consentientem reservationi pensionis.
- 74 Pensionis translatus an teneatur justificare jus & titulum transferentis, remissive.
- 75 Exceptio opposita per citatum, se non possidere beneficium pensione gravatum, legitima est ad impediendam illius executionem.
- 77 Citatum esse possessorem beneficii pensione gravati, & fructus percepisse, vel per eum stare, quominus percipiat, quis tenetur verificare.
- 77 Pensionis extincta per professionem pensionarii non impedit executionem, nec retardat solutionem, quia requirit altiorem indaginem.  
Et an talis exceptio debeat prius discuti in iudicio ordinario, ibid.
- 78 Pensionis, extincta per matrimonium subsecutum non impedit executionem literarum.
- 79 Pensionarius si post professionem aut matrimonium permansit, in quasi possessione exigendi pensionem, vel ostendit dispensationem etiam intricatam, & non claram, non suspenditur executio, ut dictum est, alias autem exceptio extinctionis pensionis executionem impedit, cum sit relevans probate intra brevem terminum.
- 80 Exceptio que requirat altiorem indaginem, reliquitur arbitrio iudicis regulato ex dictis hoc cap.
- 81 Pensionis solutionem quales exceptiones impediunt, remissive.
- 82 Subexecutor vigore clausula (ceterum) an queat procedere executive contra bona debentis pensionem, & an sit excedere dicatur, ut appellacioni locus sit contra Flor. de Mena, & Camilium Plantum defendit Auctor.
- 83 Subexecutor cum clausula (ceterum) debet esse in dignitate constitutus, cum sit mixtus non merus.
- 84 A declaratoria incursum censurarum, contentarum in Bulla pensionis appellari an liceat quoad utrumque effectum.
- 85 Commissio appellacionis super declaratoria censurarum literarum pro executione literarum Apostolicarum rescribitur cum clausula (parvo brevi) ne suspendatur executio.
- 86 Declaratoria incidens in iudicio executivo, ejus natura vestitur propria emissio.
- 87 Pensionis reductio potest peti coram ordinario, si fructus Parochialis post reservationem venerint in diminutionem, absque speciali commissione Papae.
- 88 Pensionis reformatio a principio excessiva non potest coram ordinario tractari, nec legato, nisi ex speciali rescripto Papae.
- 89 Exceptiones plures alia quando possunt opponi executioni pensionis, & de effectibus quasi possessionis pensionem exigendi, & quibus clausulis in ejus causa appellacionis rescribatur, & de aliis pluribus in causa judiciali in materia pensionis, qui sint videndi.

**H**anc libet brevibus difficultatem absolvere, cum duplici casu suppositione. Et primitus; quando pensio fuit assignata, pro alimentis Clerico, aut pro servitio temporali, ut

- ut puta pro pulsandis campani, aperiendis foribus, aliove pro quolibet simili temporali officio, & hoc casu appellacioni a sententia lata super hujusmodi pensione interposita minime esse deferendum, iuste putant Hieron. Gigas in tract. de pension. quest. 95. num. 3. & 4. ubi dicit, quando pensio reservatur pro alimentis, & pro vite humane sustentatione quoquomodo in eis processus fulminetur, sive executive, sive summariè tantum, appellatio non admittitur, quemadmodum nec causa alimentorum, ex l. fin. ff. de appell. recipiend. de quo & nos exacte supra cap. 1. & sequitur Gigantem idem tenet Scaccia de appell. q. 17. limit. 7. num. 5. Ruginellus tract. de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 277. quam doctrinam & ex eo etiam probat, quia in charitativo subsidio imposito per Episcopum pro alimentorum necessitate appellatio nequeat admitti, ut determinat Belenci in tract. de charitat. subsid. qu. 55. eodem etiam motivo Gigantem sequitur Petrus Surdus in tract. de alimentis tit. 8. privileg. 60. num. 9. quod & valet ex eo comprobari, siquidem appellatio non suspendit exactionem salarii & mercedis, quia res delationem non patitur, sed celerem executionem desiderat, ut per Rebuffum, Azeved. & Flores de Mena dixi supra hac p. 3. cap. 2. nu. 78. usque ad fin.
- Quando autem pensio alicui reservata fuit eo quod beneficium resignavit, seu litigando cessit juri litis, & causa, super qua litera Papales fuerunt expeditæ, & tunc pariter nec a sententia lata super eis per executores pro solvenda pensione appellatio emissio a possessore condemnato, minime admittenda est, nec in denegata delatione violentia committitur, cum careat suspensivo, probant Hieron. Gigas ubi supra, dicta quest. 95. num. 5. num. 570. & per Rebuff. in tract. de sentent. provision. in prefatione nu. 125. Scaccia de appellat. quest. 17. limit. 7. sub n. 5.
- Tum ob reverentiam Apostolicarum literarum, que cum habeant executionem paratam, non datur regulariter appellatio suspensiva: imò humiliter & reverenter illis per executores parendum in eisdem literis nominatum, l. 1. ff. de constitut. Princip. si quando de rescript. l. 5. tit. 18. p. 3. Mohedanus decif. 35. ante fin. vers. quia tunc propter auctoritatem literarum debent exequi, de renuntiatione Staphileus de literis gratia §. ad prædicta facit n. 14. Marquell. nu. 39. Rebuff. in praxi de reformatione & declaratione nova, sub illis verbis, ipsi vel duo, in vers. postea dicitur. Hieron. Gonzal. in regula de mens. gloss. 9. in annot. n. 220. & novissime dixit Rota pluries, ut per Marefcot. lib. 1. var. resol. c. 21. a n. 1. & post alios Marefcot. ipse l. 1. d. c. 21. num. fin. & utroque loco plures adducit Rotæ decisiones.
- Et magis in specie facit, quoniam in exactione pensionis virtute literarum proceditur executive adversus titulum tam ob earum reverentiam, quam ob obligationem cameralis que fieri assolet (ut aliud agens) dixit Rota in una Lucen. sacram. pensionis 15. Febr. 1593. coram Seraphino, & in alia Aretina pensionis 26. Junii 1600. coram Milino, quas in aliud positum adducit Nicol. Garc. de benef. 1. p. c. 5. num. 4. §. 6. & seq. Mohedan. d. decif. 331. Guidobonus decif. 145. & decif. 141. Flores de Mena in pract. qq. q. 12. a nu. 24. Hieron. Gigas de pension. quest. 95. num. 5. ab executione appellari non posse quoad suspensivum effectum, notum est ex l. ab executione, C. quorum appellat. non recip. l. ab executor. ff. de appellat.
- Et in tantum hoc verum est, quod appellatio a decreto, seu sententia probata, vigore harum literarum interposita, suspensione careat, quoniam non solet concedi commissio appellacionis hujusmodi absque clausula (sine præjudicio legitime executionis) secundum Vestrum in praxi l. 3. c. ult. num. 3. optimè Marefcot. variar. resol. l. 1. c. 19. num. fin. Garc. de benef. d. c. 5. n. 571. ubi advertit quod prædictam clausulam signatur Salgado de Protect. Reg.

ra apponere consuevit, non autem alia, quam ponit Gigas de pension. ubi supra n. 4. & Marquell. de commiss. c. 42. nu. 32. scilicet (sine retardatione solutionis pensionis) que tunc apponitur, quando committitur appellatio super reductione, aut nullitate pensionis, vel etiam quando causa nullitatis, & reductionis committitur cum appellacione a sententia super executione pensionis, saltim implicite, virtute clausula (cum annexis & connexis, totòque negotio principali) quia tunc commissio utraque clausula signari solet, & obtinet quod Gigas & Marquell. dicunt idem advertit Marefcot. ubi proxime d. num. fin.

Et pariter videre solemus; quod quando appellatur a decreto, seu sententia vigore literarum Apostolicarum prolata; communiter in commissione appellacionis solet apponi clausula (sine præjudicio executionis literarum Apostolicarum, &c.) prout accidit, quando appellatur ab executione facta vigore publici instrumenti cameralis, ut guarentigii, docet Geminianus in conf. 99. incipit super primo, nu. 2. & 3. Gallecius in tract. de Camerali oblig. 3. p. in cap. de questionibus variis, post processum incidentibus nu. 3. & 10. cum tribus seqq. Marquell. de comm. 1. part. cap. 16. nu. 34. Hieron. Gonzal. in regul. de mens. gloss. 4. in annot. a n. 221. Et ratio est, quoniam taliter appellans ab executione facta vigore literarum Apostolicarum, aut instrumentorum cameralium, seu guarentigiorum, aut rei judicata, præsupponit antecedens validum, a quo executio dependet, & negat consequens scilicet illorum executionem, & sic nihil agit, ut dicit Geminia in d. conf. 99. n. 3. allegans ad hoc Joannem Monachum, & eandem rationem ceteri citati reddunt.

Et prædictæ clausula hujus sum naturæ, ut præsertim vet jurisdictionem iudicis a quo imò operatur, quod commissio appellacionis a dicta executionis sententia non suspendat, nec impediatur, quin iudex a quo suam sententiam debitæ executioni tradat, & ut ad ulteriora queat procedere Paleotus dec. 58. l. 1. qua est 3. p. diversorum lib. 3. decif. 412. Marquell. de commiss. 2. part. c. 5. num. 11. & 19. qua extante, potest iudex a quo cogere titularem ad solutionem pensionis, ut post Lancelot. de attent. post inhibitionem c. 26. num. 23. Rota decif. 641. n. 10. & 11. p. 1. divers. Cæsar. de Grassi. decif. 3. in fin. de re jud. Marefcot. variar. resol. lib. 1. cap. 20. num. 1. qui testatur, ita fuisse resolutum in una Taraconen. villa de Reus 8. Februarii 1593. coram Card. Seraphino & in alia Neapolitana responsionis 5. Julii 1599. coram Cortuba, nec inhibito a iudice commissario, de causa appellacionis cognoscente, emanata afficit iudici a quo, ut probant Cæsar. de Grassi. decif. 3. num. 4. de sententia & re jud. Hieron. Gonz. ubi supra n. 224. & Garcia n. 573. nam illa clausula enervat vim, & effectum inhibitionis, imò inhibito censetur facta subintellecra de conditione, prout in commissione, a quo non aliter recipitur jurisdictionem. Mandol. de inhibition. quest. 30. & 82. 17. Lancelot. Robert. de attent. 2. part. cap. 20. ampliat. 11. num. 28. Cæsar. de Grassi. decif. 33. num. 4. Nicol. Garcia ubi supra 6. part. cap. 3. num. 140. quia inhibitioni dicta conditio ineffe videtur (licet contrarium tenuerit Marefcot. variar. resol. lib. 1. d. cap. 20. num. 2. (quoniam si iudex cui committitur causa, non habet jurisdictionem nisi executione parata, ergo non poterit inhibere, ea deficiente, nec impedire iudicem a quo, ut exequatur.

Ac propterea & ab hujusmodi inhibitione appellacioni interposita est tanquam licita a iudice deferendum, ex supradictis, & quia prædictæ clausula limitant, & suspendunt jurisdictionem, que detur iudici commissionis de appellacione cognituro, Cæsar de Grassi. decif. 101. num. 1. imò talis clausula tribuit jurisdictionem conditionalem, & operatur, quod iudex non possit validè procedere in negotio principali, nisi soluta prius